Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



invocas xpm quem parentes mei crucifixerunt. Beata Marg dixit. Parentes tui xpm crucifixerunt. et ideo perierunt. Ipse autem permanet in eternum. et regni eius non erit finis.

.viii. Tunc iratus preses iussit beatam Margaretam in carcere recludi. donec inveniret per quem machinationem eius virginitatem perderet. Invenit itaque iniquus presectus in antiochia civitate. et adorabat deos suos surdos et mutos secundum suam fidem. Sedeo autem die venit sedit que pro tribunali iniquus preses. et iussit adduci sanctam puellam. et dixit ad eam. Ana puella miserere corporis tui pulcritudini. et consenti mihi. et adora deos meos. et multa tibi pecunia dabo. et bene tibi erit super omne familia mea. Sca Marg respondit. Cognoscet ds quia mea virginitate designavit. qa hec mihi non suadebis. nec me potis movere de via veritatis qm ego cepi ambulare. Eubl'or. Simile e R. e. x. vgnib.

Incipit vita s. Alexii conf.

Fuit vir Rome magnus et nobilis Euphemianus nomine dives valde. et primus in palatio imperatoris. erantque ei tria milia puerorum qui eum cingebant aureis. et sericis induebant vestimentis. Hic namque erat iustus et misericors. elemosinas multas pauperibus erogans. .ii. Ter namque per singulos dies mense parabant in domo eius orphanis. viduis. peregrinis. et iti agentibus. ipse vero ad horam nonam comedebat cum uxore religiosis. Vxor autem eius Aglaes nomine. religiosa et timens dm. et non erat illi filius eo quod sterilis esset. Unde merentes erant et tristes. eo quod tantarum substantiarum nullum haberent heredem. Et ideo immisas continue largiebantur elemosinas. orationibus quoque atque obsecrationibus insistentes dnm deprecabantur ut daret eis filium qui succederet eis.

.iii. Quorum ds secundum bonitatem suam contricione aspiciens. recordatus optimum suorum exaudiuit eos. et concessit eis filium que vocaverunt Alexium. Quo nimis letantes. gratias egerunt do. atque statuerunt ut deinceps castum et sem reliquum vite suae ducerent tempus. ut ds gauderet de illis. et de filio quem dederat eis. et ut ultra adinuicem non accederent. s. in castitate perseverarent.

.iii. Puer autem ut ad etatem disciplinae congruam pervenit tradiderunt eum ecclesiastico sacerdotiq ac liberalium disciplinarum magistris. et ita do largiente edoctus est. ut in omnibus philosophye. et maxime spiritalibus floreret studius. Cum autem ad tempus adolescentie accessisset. et eum nuptialibus infulis aptum iudicassent. elegerunt ei puellam ex genere imperiali. et ornaverunt thalamum. et imposite sunt eis singule corone in templo sci Bonifacii martyris pmanentes honoratissimoque sacerdotum. et sic cum gaudio et lencia letum duxerunt diem. .v.